

sunt¹ diligendi, ut eorum non diligantur errores, et dum in eo amandi sint, quod sunt, execrandi tamen [sunt²] in eo, quod male faciunt. Huiusmodi³ enim sicut ethnicos et publicanos dominus praecipit⁴ abhominari⁵. Deo⁶ autem indignus iudicatur, a quocumque ipse in consanguinitatis amore postponitur illo attestante, qui ait: 'Qui amat patrem aut matrem aut fratres aut sorores aut uxorem⁷ aut filios plus quam me, non est me dignus'⁸. Ne quis crudele aut inhumanum estimet⁹ proximos delinquentes accusando persequi, intellegat¹⁰, quid¹¹ ipsa veritas dicat: 'Si scandalizat¹² te oculus aut manus vel¹³ pes tuus, erue eos et proice abs te'¹⁴. Eruendus et abscidendus¹⁵ est ante satisfactionem a communione uniuscuiusque¹⁶ christiani hominis, qui Christi reluctatur mandatis¹⁷, non solum extranei, verum etiam cognationis affinitate¹⁸ propinquissimi. Propter quod se dominus venisse testatur dicens¹⁹: 'Veni enim separare hominem adversus patrem et filiam²⁰ adversus matrem suam'²¹ et cetera²². Cum quibus etiam apostolus nec cibum sumere mandat²³ et iterum: 'Tradite huiusmodi sathanae in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat in die domini'²⁴. Sed haec secundum apostolum non odio, sed eorum amore agenda sunt²⁵, saltem²⁶ ut coacti ad viam redeant et salvi fiant. Unde et²⁷ in Levitico dicitur: 'Nec²⁸ oderis²⁹ fratrem tuum in corde tuo, sed publice argue eum, nec³⁰ habeas super illo peccatum'³¹. Cuiuscumque autem increpationis instantia proximus³² a pravitate sua resipuerit et perversae conversationi renunciaverit, quam magnae sit mercedis et retributionis³³, audiat Iacobum

1) ita sunt praecepto dominico M₂. 2) 'sunt' fehlt M₁ S.

3) 'Huismodi' ist Druckversehen bei Phillips. 4) praecepit M₂. 5) Mt. 18, 17. 6) In M₂ ausgeschrieben, in M₁ S abgekürzt: 'dō'; demnach 'deo' aufzulösen, nicht, wie bei Phillips steht, 'domino'. 7) 'aut uxorem' fehlt M₂. 8) Mt. 10, 37. Die Vulgata hat 'aut uxorem' wie auch 'fratres, sorores' nicht; vgl. aber Lc. 14, 26. 9) existimet M₂. 10) intelligat M₂. 11) Phillips hat im Druck: 'quod', seine Hs. richtig: 'quid'. 12) scandalizet M₂. 13) aut M₂. 14) Mt. 18, 8 f. 15) Phillips hat 'abscindendus', seine Hs. wie die beiden anderen 'abscidendus'. 16) Phillips: 'uniuscuiusquam'; da jedoch in seiner Hs. wie in M₁ M₂ 'q;' steht, ist 'que' aufzulösen. 17) praeceptis M₂. 18) 'affinitate' fehlt bei Phillips, steht jedoch in S wie in M₁ M₂. 19) 'dicens' fehlt bei Phillips, steht aber in S wie in M₁ M₂. 20) filium M₁. 21) 'suam' fehlt M₂. 22) Mt. 10, 35. Das 'suam' steht in der Vulgata und ich habe darnach die Lesart von M₁ S belassen. 23) Cf. 1. Cor. 5, 11. 24) 1. Cor. 5, 5. 25) Cf. Rom. 12, 10. 26) saltem M₂. 27) Phillips hat 'et' nicht, es steht aber in S wie in M₁ M₂. 28) non M₂. 29) odoris M₁. 30) ne M₂. 31) Lev. 19, 17. 32) 'proximos' S, aber mit Punkt unter dem zweiten o und übergeschriebenem u, also 'proximus'. 33) retributionis et mercedis M₂.